



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

III. Vt homo ex nihilo extraheretur, infinita Dei virtute opus fuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

## CAPVT III.

*vt homo ex nihilo extraheretur,  
infinita Dei virtute  
opus fuit.*

**I**n finita enim inter aliquid, & nihil est distantia, infinitam proinde virtutem requirens vt percurratur. Ostendit id rursum quam magnum sit hominis nihil; quod enim facile factum est, promptèq; in actum deducitur, deesse plus habet; contra, quod difficillimè fit, imo quod infinitam perfectionem exigit, vt fiat, infinitum nõ esse, nihilq; innuit. Accedit, cum Deº hominem ex nihilo, virtute sua infinita creando eduxit, misericordiã & liberalitate infinita permotus fecit, eique adeo liberè, non necessariò, vel coactè ei vt esset dedit. In æternitate ille quidè sua necessariò p cognitionè Filio se

totamq; suam diuinitatē com-  
municauit, extra se verò, neque  
necessariò, neq; coactè aut vio-  
lenter, vt dictum est, sed sola sua  
bonitate, liberaque voluntate,  
vel homini, vel alijs rebus se cō-  
municauit, non proprium, sed  
alienum emolumentum cōmo-  
dumq; quærēs; nihil enim boni  
ea cōmunicatione illi accedit, vt

ps. 15. 2.

ps. 3. 5.

In solil.  
c. 10.

regi<sup>o</sup> vates cognouit, cū in hęc  
verba prorupit: *Deus me<sup>o</sup> es tu quō-  
niam bonorū meorum nō egēs. In hęc  
itē: Quid est homo, quòd memores ei<sup>o</sup>,  
aut filius hominis, quia reputas eū?* Ad  
hoc idē instituit D. Aug. sic scri-  
bit: *Quis ego sum Deus meus vt lau-  
demte? sum puluis & cinis, canis mor-  
tuus & fœtidus, vermis & putredo,  
quomodo ergo tenebræ laudabūt lucē,  
mors vitā, vermis infinitum suū crea-  
torem? Quomodo eum possum offendere,  
si laudare vix debeo? in omnib. gratia  
agantur super inenarrabili dono eius.*

Pla.

Planum igitur ex dictis est miserum hominis esse nihil; miserum siquidem est nihil esse, sic tamen nihil esse, ut quis debeat illud dare, aliquid de gravitate, detrahit; nihil autem eatenus esse, ut ex gratia tantum alterius ex nihilo extrahatur, miserum illud nihil esse conuincitur. Filio regis graue est, non esse regem, cum autem cogitat iure sibi regnum deberi, regnaturum etiam aliquando, se solatur; non sic rusticus, vel mendicus, quibus si regnum obueniret, gratia liberalitatisque acceptum ferre deberent. Audet ne iam tenebrius Deum peccato oppugnare, qui lucem habitat inaccessibilem? Audet ne is enim offendere, qui suum esse est, & à quo ipse, quod est, ex gratia est?

1. Tim. 6.

16.

F 7 CA-